Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars III.

Wien, 1802 Seite 2323

Quelle:
Copyright:

Fol. 18. p. 2. *Sententia de Sacramentis in genere, Baptiſmo et Confirmatione Dicta in Congregatione Generali die XIX. Febr.* MDXLVII. Comprehenduntur hic etiam *Articuli* de ſingulis *damnandi, declarandi, additi, praetereundi*, item *Canones*, et *Articuli ex Libris Haereticorum.*

Fol. 35. p. 2. *De Veritate Corporis et Sanguinis Domini in Euchariſtia, deque adminiſtratione et uſu eius. Per A.* (Ambroſ.) *Pelargum.* Vir erat Ordinis Praed. Archiepiſcopi *Trevir.* Procurator *Tridenti.*

Fol. 36. p. 2. *Canones de Sacramento Euchariſtiae. Per F. H.* Puto *Fratrem Hieronymum*, ipſum videlicet *Seripandum*, tunc nondum Cardinalem, ſed Priorem gen. ſui Ordinis.

Fol. 37. *Canones de Sacramento Euchariſtiae approbati et concluſi in Generali congregatione ultima Maji MDXLVII. Bononię publicandi in ſeſſione ut iacent.* Accedunt Articuli damnandi, item Examini Theologorum exhibiti de eodem.

Fol. 40. *Canones de Sacramento Pœnitentię.* Cum erroribus circa id adſertis.

Fol. 42. *De Miſſa.* Enumeratio errorum circa eam adſertorum.

Fol. 43. p. 2. *Articuli de Sacramento Pœnitentię et partibus, eius, et Indulgentiis. Item de Sacramentis Ordinis, matrimonij et extremę Unctionis ex libris Hereticorum decerpti. Fol.* 48. ſubſcribitur: *Bononię* MDXLVII.

Fol. 50. *De Sacramento Pœnitentię et eius partibus per A. Pelargum.* Sunt Ἀναθεματισμοι.

Fol. 51. *Canones de Sacramento Poenitentiæ concepti per F. H.* (ut ſupra) *extra ea quę propoſita ſunt Theologis ex Libr. Bab.* puta *Lutheri de Captivit. Babyl.* Accedunt alii de reliquis Sacramentis.

Fol. 54. p. 2. *De uotis monaſticis Articuli dati Theologis diſcutiendi Bononię VIII. Octobris* MDXLVII.

Fol. 55. *Articuli de matrimonio, Ordine, Vnctione extrema propoſiti Theologis Die XXV. Aprilis* MDXLVII.

Fol. eod. Articuli Theologis propoſiti de Purgatorio, Indulgentijs ac Miſſa Bononię a XXII. Junij vsque ad finem Auguſti MDXLVII.

Fol. 56. p. 2. *An Papa poſſit diſpenſare in ſolemni uoto continentię quacumque ratione emiſſo. F. H.* Intelligo ipſum *Seripandum.*

Fol. 59. *De Miſſa, Matrimonio, Ordine, Uotis, Adoratione Euchariſtię. Ex Auguſtino.*

Fol. 62. *Sententia Bononiæ dicta in Congregatione Generali Die XXII. Septembris.* MDXLVII. De Matrimonio.

Fol. 67. p. 2. *Sententia dicta in Congregatione generali die III. Octobris* MDXLVII. De gratuita Adminiſtratione Sacramentorum.

Fol. 71. *Sententia Bononię dicta die XII. Octobris MDXLVII. In Congregatione Theologorum de Corpore Concilij, et Ca-*